

Quando in Ecclesia, aliqua sint toleranda. Et illa nonnumquam sinenda sunt, quæ, si ceterorum conficit integritas, nocere sola non valent: illa tamen sunt magnopere præcavenda, quæ recipi, nisi manifesta decoloratione non possunt. Ac, si ea ipsa, quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum temporumque cogit intuitus, vel accelerata provisionis respectu excusat; quanto magis illa nullatenus mutilanda sunt, quæ nec ulla necessitas, nec Ecclesiastica prorsus extorquet utilitas?

GRATIAN. 6. Pars.

Sup. dist. 68. c. 1. o. Sup. ead. q. 1. quod quidam.

al. Ordinationis.

ALIQUANDO enim pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ mutantur, & laxantur præcepta Canonica. §. 1. Brevis ostendimus, qui revertentes ab Hæresi, in suis Ordinibus valeant recipi, vel qui non. Nunc autem queritur de his, qui ab Hæreticis ordinati sunt, si ad unitatem Catholicæ matris Ecclesiæ redierint; utrum in eodem Ordine iterum valeant ordinari. Semel enim consecratus (ut ait B. Gregorius) iterum consecrari non debet. §. 2. Item Sacramenta, quæ ab Hæreticis in forma Ecclesiæ ministrantur, (sicut Augustinus testatur) reiterari non debent; ne non homini, sed Sacramento videatur injuria fieri. §. 3. Sed illud Gregorius de his intelligitur, qui consecrationem Sacramentalem, vel Episcopalem acceperunt: qui aut per manûs impositionem, cum ad Ecclesiam redeunt, effectum suæ unctionis recipiunt, aut ab eius administratione perpetuo cessare jubentur. Similiter illud Augustini de eadem mystica unctione, & de Sacramento Baptismatis intelligitur. §. 4. Sunt autem in Ecclesia alii Ordines, qui sine Sacramentali unctione, sola Episcopi benedictione, cum quadam valorum, vel indumentorum distributione præstantur, ut sunt Levitæ, & ceteri infra eos constituti. Hi quamvis ab Hæreticis ordinantur; tamen ad Ecclesiam redeuntes in eodem Ordine (si alius digni fuerint) ab Ecclesia ordinantur: nec fiet in eis reiteratio muneris, cum ab Hæreticis nihil doceatur eis fuisse collatum. Unde scribit

XXIV. URBANUS II. Petro Pistoriensis Episcopo, & Rustico Abbati Vallis Umbrosæ. [c. an. 1096. Româ in Hetruriam.]

Pann. l. 3. c. 81.

Supra l. 9. c. 1. vultum.

c. sequenti, per illicitum.

Redeuntes ab Hæreticis sint ordinandi. Daibertum à Nezelone, licet Simoniacus, non Simoniacæ ejusdem confessione reperimus in Diaconum ordinatum: & B. Innocentii Papæ sententiâ constat declaratum, quod Nezelone (quem constat ab Hæreticis ordinatum) quia nihil habuit, nihil dare potuit ei, cui manus imposuit. Nos igitur tanti Pontificis auctoritate firmati, & Damasi Papæ testimonio roborati, qui ait, [reiterari oportet, quod male actum est;] Daibertum ab Hæreticis corpore, & spiritu digressum, atque utilitatibus Ecclesiæ pro viribus insudantem, ex integro (Ecclesiæ necessitate ingruente) Diaconum constitimus. Quod non reiterationem existimari censuimus, sed tantum integram Diaconii dationem: quoniam, ut prædiximus, qui nihil habuit, nihil dare potuit. §. CORR. ROM. a Nezelone.] Marianus Scotus in vita Gregorii VII. mentionem facit Archiepiscopi Magdeburgensis hoc nomine appellat. §. PITH. 53. Nezelone.] al. Gaselone.

XXV. ITEM DAMASUS Papa, Epist. 4. de Chorepiscopis. [an. 380. Româ ad omnes Episcopos.]

ix. q. 1. per illicitum.

De eodem. Per illicitam manus impositionem vulneratum caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant: & ubi vulnus inhxum est, necesse est medicinam adhibere; quâ inhxâ sanetur macula: id est, reiterari necesse est, quod legitime actum, aut collatum minime probatur. Nam quomodo honorem possit retinere, qui ab aliquo acceperit, qui potestatem dare legitime non habuit, invenire non possum.

CORR. ROM. a Probatum.] In originali hæc adduntur, si perfectum esse debet. PITH. 54. Per illicitam.] Eadem ferè verba sunt in Epistola Innocentii, l. 9. c. 1. cap. 18. tribuantur tamen ista Damaso in Micrologo cap. 21. Vide Capitulum p. 438.

Tit. 27. leg. 6.

XXVI. ITEM COD. lib. 9. titulo ad legem Juliam repetundarum, Imp. Theodosius, ac Valentinianus AA. Florentino. [an. 439. Constantinopoli.]

al. suæ.

Sancimus ejusmodi viros ad provincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione, vel pretio, sed probatæ vitæ, & Amplitudinis tuæ solent testimonio promoveri: ita sanè, ut quibus hi honores per Sedis tuæ, vel per nostram fuerint electionem commissi, jurati inter gesta depromant, se pro administrationibus fortendis neque dedisse quidpiam, neque daturos unquam postmodum fore, five per se, five per interpositam personam in fraudem Legis, sacramentique, aut donationis, venditionisve titulo, aut alio velamento jusque contractis: & ob hoc (exceptis salaribus) nihil penitus tam in administratione positos, quam post depositum officium pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis, quam gratuito meruerint, accepturos. Et licet neminem Divini timoris, contemnendo

jurandum, arbitremur immemorem, ut salutis propriæ ullum commodum anteponat; tamen ut ad salutis timorem etiam necessitas periculi subjungatur, si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere, non modo adversus accipientem, sed etiam adversus dantem, accusandi cunctis, tamquam publicum crimen, concedimus facultatem; quadrupli penâ eo, qui convictus fuerit, modis omnibus feriendo.

XXVII. ITEM PASCALIS Papa. [forte c. an. 1100. Româ.]

Patet Simoniacus, veluti primos, & præcipuos Hæreticos, ab omnibus fidelibus repudiandos, & si commoniti non resipuerint, ab exteris Potestatibus opprimendos. Omnia enim crimina ad comparationem Simoniacæ Hæresis quasi pro nihilo reputantur.

CORR. ROM.] In tribus vetustis exemplaribus post caput, Jancimus, omnia inscriptione Paschalis, & capite isto, patet, sequuntur continenter subjecta Gratiani verba, His breviter, &c.

His breviter præmissis ad ea veniamus, quæ Ecclesiæ severitate disciplina parata est ulcisci; ostendentes, quibus accusantibus, vel testificantibus quilibet sint convincendi; quo Judice quisque debeat condemnari, vel absolvi; si causa vitata fuit, quo remedio possit sublevari; si accusatores defecerint, an Reus sit cogendus ad purgationem. Et ut facilius pateat quod dicturi sumus, exemplum ponatur sub oculis, in quo auctoritates hinc inde controversantibus distinguantur, & quid Sanctorum Patrum sentiat auctoritas, liquidò intimetur.

CAUSA II.

Quidam Episcopus de lapsu carnis à Laico impetitur. Duo Monachi, unus Subdiaconus, & duo Levitæ adversus ipsum testimonium ferunt. A Metropolitano suo sentit se prægravari. In ipsa ventilatione cause tres ex testibus deficiunt, five promissione decepti, five Canonica examinatione reprobati. Expoliatur tamen Episcopus, quia crimen ejus notorium erat.

I. Hic primum queritur, an in manifestis Judiciarius ordo fit requirendus. II. Secundò, an Expoliatus ab aliquo fit judicandus. III. Tertio, quæ penâ sint ferendi, qui in accusatione, vel testificatione defecerint. IV. Quarto, an duorum testimonio sit condemnandus. V. Quintò, si deficientibus Accusatoribus sit cogendus ad purgationem. VI. Sextò, si remedium sit dandum ei, qui causâ dilationis vocem appellationis exhibuerit. VII. Septimo, si Laici, Monachi, vel quilibet inferiorum Ordinum in accusatione majorum sint audiendi. VIII. Octavo, quomodo debeat fieri accusatio, an in scriptis, an sine scriptis.

AN IN MANIFESTIS JUDICIARIUS ORDO SIT REQUIRENDUS. QUÆSTIO I.

Quod autem nullus sine Judicio ordine damnari valeat, auctoritatibus multis probatur. De eo namque ait

I. AUGUSTINUS Homiliâ 50. de utilitate Penitentiae. [forte c. an. 415. in Africa.]

Damnari non valet, nisi aut convictus, aut sponte confessus.

II. ITEM CONSTANTINUS Imperator. [an. 314. Hadrumeti.]

De eodem. Judex Criminosum discutiens, non antè sententiam profert capitalem, quam aut reum se ipse constet, aut per innocentes testes convincatur.

CORR. ROM.] Habetur caput hoc Cod. Theodos. l. 9. tit. 40. in legis primæ interpretatione, itemque in Capitulis Hadriani, c. 57. & Cap. 5. c. 156.

Hoc a idem testatur Augustinus, & eisdem verbis.

CORR. ROM. a Hoc.] Absunt ista ab uno ex vetustis exemplaribus.

III. ITEM GREGORIUS lib. 8. Epist. 50. [an. 600. Româ in Siciliam.]

De eodem. Sicut sine judicio quemquam nolimus condemnari, ita quæ justè a diffinita fuerint, nulla patimur excusatione differri.

CORR. ROM. a Justè.] Absent vox ista ab originali.

GRATIAN. al. illeci. Infrâ ead. multi.

GRATIAN. I. Pars.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

Infrâ ead. multi.

In uno autem manuscripto Gratiani est, justè sunt diffinita sententia.

IV. ITEM ELEUTHERIUS Episcopus ad Episcopos Galliarum. [an. 185. Româ in Galliam.]

De eodem. Nihil a [contra quemlibet Accusatum] absque legitimo, & idoneo Accusatore fiat. Nam & Dominus noster Jesus Christus Judam fremem esse sciebat: sed quia non est accusatus, idè non est ejectus.

PITH. 1. Nihil.] Collect. l. 1. lib. 1. tit. 37. c. 2.

V. ITEM FELIX Papa I. ad Paternum Episcopum. [forte an. 270. Româ.]

De eodem. Primate accusatum discutientes Episcopum, non antè sententiam profertantur, quam Apostolica freti auctoritate, aut reum se ipse constet, aut per innocentes, & canonicè examinatos regulariter testes convincatur. Aliter irritam esse censuimus, & injustam Episcoporum damnationem, & idcirco à Synodo reverentiam, ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subvertatur causis.

CORR. ROM. a Apostolica freti auctoritate.] Hæc addita sunt ex Epistola Felicis, & Zepherini. Nam damnari Episcopos sine consensu, & auctoritate Romani Pontificis nec tunc poterant, nec nunc possunt. III. q. 6. c. discutere, & alibi.

PITH. 2. Primate.] l. i. Cod. Th. de Paris.

IDEM decrevit Zepherinus Papa I.

VI. ITEM AUGUSTINUS a. [forte c. an. 415. in Africa.]

Multi per tolerantiam sustinendi sunt, quomodo sententia Divini judicii sint condemnati.

Nus ex vobis me traditurus est. Bene dixit, ex vobis, & non ex nobis. Ex vobis enim est, à quibus per judicariam potestatem confessus, aut convictus, exclusus non est. A me vero, qui nullis indigeo argumentis, & omnia certissime novi, separatus & divisus est. Tale enim est, ac si diceret, eth ego cum per occultum judicium sententiam damnatum habeo, vos tamen adhuc illum per tolerantiam sustinetis.

CORR. ROM. a Augustinus.] Sic in multis vetustis exemplaribus, quamvis verba hujus Capitis apud Sanctum Augustinum non sint inventa.

VII. ITEM GREGORIUS I. Joanni Defensori eunti in Hispaniam, lib. 11. Epist. 50. an. 603. Româ.]

Nullum seruetur judicium, nisi rationabiliter habitum.

In primis requirendum est de persona Presbyteri dilectissimi Fratris, & Coepiscopi nostri Januarii, & si ita se veritas habet, sicut ejusdem Episcopi petitio continet, in Ecclesia, atque in loco suo, modis omnibus idem Presbyter revocetur. Si autem dictum fuerit, quia contra ipsum causa aliqua mota, five probata est, subtiliter ipse præsentet, & pro se rationem reddente, querendum est & genus cause, & modus probationis, ut ex hoc colligere valeas, utrum adhuc in exilio a demorari, an certe in Ecclesia sua, & officio suo debeat revocari. §. 1. De Episcopo supradicti persona hoc statuendum est, ut si nulla contra eum criminalis causa, quæ exilio vel depositione digna est, mota five probata est, is qui eo superfluo Episcopus perversè, ac contra Canones in Ecclesia ejus ordinari præsumpsit, Sacerdotio privatus, ab omni Ecclesiastico ministerio repellatur. Qui etiam idem dilectissimo Januarii Fratris, & Coepiscopo nostro tradendus est, ut ab ipso in custodia habeatur; aut certe ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi vero, qui eum ordinaverunt, vel ordinationi ejus consentientes interfuerunt, sex mensibus Dominicæ corporis, & sanguinis communionem priventur, agere penitentiam decernantur in Monasterio; & supradictus Januarius loco, & Ordini suo modis omnibus reformetur. Si vero communiōne privatis mortis contingeret imminere periculum, benedictio eis Viatici non negetur. Si autem Episcopi in præjudicium condemnationis, vel depositionis memorati Episcopi, se metu Judicis concesserint, ac talia fecerint sua sponte, facti fuerint; & tempus eis abbreviandum est, & modus penitentia temperandus. Si vero ille, qui locum ejus invasit, de hac fortasse luce migravit, & alter est ordinatus, qui levioris culpe videtur (cum non quasi isti superflui, sed successisse defuncto videatur) Episcopatus illi officium in illa Ecclesia tantummodo interdicitur, ut in alia Ecclesia, quæ Sacerdote vacaverit, si electus fuerit, possit esse Episcopus; ad Malachitanam tamen Ecclesiam nunquam aliquo modo reverteretur. §. 2. Gloriosus autem Comitius, quidquid prædictus Episcopus per violentiam, atque infestationem ipsius expendisse, vel dampnum pertulisse dato sacramento firmaverit, eidem Episcopo restituere compellatur. Si autem aliter, quam antefati Episcopi petitio continet, actum esse forsitan perhibetur, subtiliter querendum est, & veritate cognita, cum Dei timore, quod justitia ordo suaverit, judicandum. §. 3. Quia ergo Stephanus Episcopus odio sui quædam facta, & de falsis se capitulis accusatum, neque aliquid ordinabiliter

Ansel. l. 3. c. 54. Polye. l. 5. tit. 1. Pann. l. 4. c. 115. Absent ista ab originali. Et Zepherinus Epist. 1. ad Episcopos Sicilia, aliqne ad verbi. Ansel. l. 3. c. 68. Burch. l. 1. c. 157. Ivo, p. 5. c. 145. Ep. 247. Pann. l. 4. c. 13. xi. q. 3. irritum. Absent ab Epist. Zepherini. GRATIAN. loco proxime indicato.

Math. 26.

Ansel. l. 3. c. 97. Forè legendum, & dilectissimi.

al. levior culpa.

al. condemnatur. Ivo, p. 6. c. 347. Pann. l. 4. c. 82. al. in odio suo.

factum, sed injustè se asserit condemnatum, diligenter querendum est primò, si judicium ordinabiliter est habitum, id est, si alii accusatores, atque alii testes fuerint. Dein de causarum qualitas est examinanda; si digna exilio, vel accusatores, depositione sunt; si eo præsentante, qui accusatus est sub jurejurando contra eum testimonium dicitur; & defendendi se habuit. Sed & de personis accusantium, & testificantium subtiliter querendum est, cujus conditionis, cujusque opinionis, aut ne inopes sint, aut ne fortè aliquas contra prædictum Episcopum inimicitias habuissent; & utrum testimonium ex auditu dixerint, aut certe se scire specialiter testati sint; si scriptis judicatum est, & Partibus presentibus sententia recitata est. Quòd si fortè hæc solenniter acta non sunt, nec causa probata est, quæ exilio, vel depositione digna sit; in Ecclesiam suam modis omnibus revocetur. Hi vero, qui eum contra Dei timorem, & Canonum statuta condemnaverunt, excommunicati in Monasterium ad agendam penitentiam sex mensibus mittendi sunt: ita sanè, ut si cuiquam eorum mortis contingeret imminere periculum, Viatici benedictio non negetur. Ipse autem, qui eo vivente locum ejus temerariè invasit, privatus Sacerdotio, ab omni ministerio Ecclesiastico repellatur, atque idem dilectissimo Fratris, & Coepiscopo nostro tradatur, ut eum aut ipse ad nos transmittat, aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero, qui eum ordinare præsumpservunt, vel perverfè ipsius Ordinationi præbere consensum, iidem communionem privati, sex mensibus ad agendam penitentiam in Monasterio deputentur. Si autem Episcopi in præjudicium condemnationis, vel depositionis memorati Stephani se metu Judicis concesserint, ac talia fecerint non sua sponte professi fuerint, tempus eis abbreviandum est, & modus penitentia temperandus. Si igitur is, qui prædicti Stephani locum invasit, fortasse defunctus est, atque alius in Ecclesia ejus Episcopus ordinatus est; illud de eo statuendum est, quod superius de causa fratris, & Coepiscopi nostri Januarii diximus.

Quòd si fortè aliqua de objectis contra memoratum Stephanum Episcopum probata sunt, aliqua verò doceri minime poterunt; cauta omnino consideratione pensandum est, utrum leviora capitula, an certe graviora probata sint; ut ex eis qualiter definitionem tuam formare debeas possis scire. §. 5. Gloriosus verò Comitius, si supradictus Episcopus innocens esse claruerit, quidquid de rebus ejus, vel Ecclesiæ ipsius tulit, ei sine aliqua restituatur dilatione. Sed & quæque se in persecutionem, ac violentiam ejus expendisse, vel dampnum idem Episcopus pertulisse juraverit, idem memoratus gloriosus Comitius reddat ac satisfaciat. Si autem Episcopum antedictum talem culpam commisisse constiterit (quod ablit.) &c. ut infra in causa Monachorum. De persona Presbyteri, &c. ut infra in causa, Clericum adversus Clericum. Et infra ead. Epist. LIV. undecimi libri. §. 6. De persona Januarii Episcopi sciendum est, graviter omnino, & contra Leges esse actum, ut violenter de Ecclesia traheretur; dum hi quamlibet injuriam à quocumque Episcopo passus fuerit in Ecclesia, injuriam Lex capitali pena percutiat, & sicut majestatis reum omnibus det accusandi illum licentiam, ut hujus Legis series loquitur Codicis lib. 1. tit. 6. consuetum. §. 7. Si quis in hoc genus sacrilegii profuerit, ut in Ecclesiis Catholicis irruens, Sacerdotibus, & Ministris, vel ipsi cultui, locoque aliquid importet injurie, &c. Et infra in ead. Epist. §. 8. De persona Stephani Episcopi hoc attendendum est; quia nec invidus ad judicium trahi, nec ab Episcopis alieni Concilii debuit judicari, Et infra. §. 9. Contra hæc si dictum fuerit, quia nec Metropolitanum habuit, nec Patriarcham; dicendum est, quia à sede Apostolica (quæ omnium Ecclesiarum caput est) hæc causa audienda, ac dirimenda fuerat: sicut & prædictus Episcopus petiisse dignoscitur, qui Episcopos alieni concilii Judices habuit omnino suspectos. Quia ergo sententia non à suo Judice dicta nihil firmitatis obtinet, lectiois hujus tenor ostendit libro Codicis septimo, &c. Et infra. §. 10. Quòd autem dicitur à Servis suis accusatus, sciendum est, quia audiri minime debuerunt. Et infra. §. 11. Si verò de crimine Majestatis dicitur accusatus; nec ipsum de eo credendum fuit, si vita vel opinio ejus talis antè non extitit. Et infra. §. 12. Quòd autem dicit idem Episcopus, quia se absente, aliqui sint vilissimi testes exhibit; hoc si verum est, nullus esse momenti Lege noscendum est. Et infra. §. 13. Testes autem quales, vel cuius opinionis ad testimonium admittendi sunt, plurimæ Leges ostendunt, quæ penè nulli habentur incognitæ; quæ etiam faciunt, ut vilissimis testibus sine corporali discussione credi non debeat. §. 14. Quòd autem dicitur, quia nihil scriptis judicatum est; legendus tit. xlv. lib. vii. Codicis; quia scriptis debuit judicari. Nam ibi inter alia dicitur, atque præcipitur, ut sententia, quæ sine scripto dicta fuerit, ne nomen quidem sententia habere mereatur.

CORR. ROM. a Exilio.] In vulgatis legebatur, vel deportatione, quæ voces sublatæ sunt, quia neque in vetustis Gratiani, neque apud B. Gregorium legitur. Si autem Episcopi in præjudicium.] Hæc usque ad verbi. Quòd si fortè, addita sunt ex Epistola: quemadmodum, & Paulo inferius à verbo; dilatione, usque ad verbi. Si autem Episcopum, ut orationis cursus sit expeditior. Nam Gratianus referebat se ad superiora, in quibus habentur similia, hoc modo

al. aut si alii alii testes fuerunt.

xvi. q. 6. c. Episcopum. xi. q. 1. de persona, ex Greg. l. 11. Epist. 54.

I. si quis, Cod. de Episc. Cler. Cod. Theodof. l. 16. tit. 2. c. 31. xvii. q. 4. si quis suaden-

Si verò dictum fuerit, quòd de hoc accusatus est, quòd ad majestatis crimen attinet orig.